Fragmentarium

addidit dicens · Reuela oculos meos & cet · Incola ego ſum
in terra · merito non abſconditur ei mandata diuina
qui ſe caeleſtem cognoſcit eſſe ciuem & incola terrae · Con
cupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas · con
cupiſcentia itaque ſapientiae deducit ad regnum · In
crepaſti ſupbos & cet · increpatur ſupbus populus iudae
orum cum ore dni dicitur remiſſius erit in die iudicii
ſodome & gomorre quam huic ciuitati & de hac increpa
tione uel opprobrio ſe liberari orat eccleſia dicens ·
Aufer a me opprobrium & contemtu & cet · Etenim ſede
runt principes & aduerſum me loquebantur haec uox
& xpi eſt ſecundum carnem & eccleſiae & principes
iudaeorum aduerſus xpm & reges terre aduerſus eccle
ſiam ſed xps & eccleſia dicit dō teſtimonia tua medita
tio mea eſt · Corpus quia ex terra e non abſurde
intelligitur pauimento quod adhuc quia corrupti
bile eſt & adgrauat animam recte in illo congemeſ
cens dicit adheſit pauimento anima mea iudica me
ſecundum uerbum tuum · Vias meas enuntiaui & ex
audiſti me ac ſi dicat peccata mea confeſſus ſum & ex
audiſti me ut dimitteres ea & ideo praecor ut uiam
iuſtificationum tuarum inſtruas me quia dormitauit
anima mea id ab ſpe refriguit ſed confirma me
in uerbis tuis praecor & uiam iniquitatis amoue a
me & de lege tua id lege fidei miſerere mei quia uia
ueritatis elegi & p eam cucurri cum dilataſti cor meū
Dilatatio cordis delectatio eſt iuſtitiae ſiue caritas
diffuſa in cordibus nris p ſpm ſcm qui datus eſt · NE
Legem pone mihi dne uiam iuſtificationū tuarum ac ſi
dicat curſum meum frenis refrene pietatis ut non am
plius faciam quam ea que tibi ſunt placita quod dicit
& exquiram eam ſemp ac ſi dicat habeam agendo
& exquiram proficiendo ſemp ut illud ſemp laus ei
in ore meo · Da mihi intellectum id p infuſionem ſpſ ſci
& ſcrutabor legem tuam · Deduc me in ſemitam tua
& inclina cor meum in teſtimonia tua & non in auari
tia quae radix eſt omniū malorum nec oculi mei uide
ant uanitatem quae ē cupiditas huius ſcli ſed in uia
tua quae eſt xps uiuifica me & ſtatue ſeruo tuo eloqui
um tuum & amputa obprobrium meum quod ſuſpi
catus ſum id incide peccata mea que mihi p fragilita
tem humanā ſuſpicatus ſum prouenire uel quod
in aliis ſuſpicor eſſe · Ecce concupiui mandata tua
ex toto corde ex tota anima & ex tota mente & di
ligere & proximum ſicut me · Non in mea iuſtitia
ſed in tua uiuifica me · VAV · & ueniat ſup me miſericor
dia tua dne · Haec uox apoſtolorum intellegenda
ſecundum eloquium tuum dicente dno diſcipulis noli
te cogitare dabitur enim uobis quid loquamini & reſ
pondeatis exprobrantibus mihi uerbum nec de ore
eius uerbum ueritatis aufertur p cuius labia ſemp
xps adnuntiatur · ſed cuſtodit legem & ambulat in la
titudinem id incredulas gentes p praedicationem &
loquitur teſtimoniis di in conſpectu regum ut paulus
ante agrippam ſtans praedicaturus gentibus ad ce
ſarem mittitur tuā ē · MEM · Memor eſto uerbi tui ſeruo
tuo in quo mihi ſpem dediſti ac ſi dicat imple promiſ
ſum ſeruo tuo in quo ſpem dediſti mihi · Haec me ſcili
cet ſpes quae data eſt humilibus q̄m qui ſe humiliat

exaltabitur · haec me conſolata ē · ſupbi inique agebant
uſquequaque id illi qui non tenent iſtam ſupradictam humi
litatem quibus ds reſiſtit humilibus autem dat gratiam ſci
licet qui a lege ſua non declinant & iudiciorum eius memo
res ſunt quorum & uox ſequitur defectio tenuit me pro
peccatoribus derelinquentibus legem tuam qui & in loco
peregrinationis id in ac uita ſe eſſe cognoſcunt & memo
res ſunt in nocte id in humilitate ubi eſt mortalitatis
erumna nominis dni · Haec facta eſt mihi haec utique
nox facta eſt pro me ut prodeſſet mihi ipſa humilitas
mortalitatis ut non ſupbirer quia iuſtificationes tuas
non meas exquiſiui · ETH · Portio mea dne dixi cuſtodire le
gem tuam illius portio dns efficitur qui legem ipſius
cuſtodierit ſed quomodo cuſtodiat niſi hoc donet dns que
dep̄catur dicens miſerere mei ſecundum eloquium tuū
& quaſi iam adiutus ait cogitaui uias meas & auerti
pedes meos a uiis prauis ut irent in teſtimonia tua ·
Paratus ſum id ad p ſecutionem & non ſum turbatus ·
ſed uelox a ſeruitute · Funes peccatorum id inpedi
menta inimicorum circumplexe ſunt me ſed uelud
araneae tela diſrumpuntur cum diuine leges medi
tantur · Media nocte ſurgebam ad confitendum
tibi hic media nox grauior tribulatio intelligenda ē
in qua dicit ſurgebam quia non eū ſic adfligebat ut
deiceret ſed exercebat ut ſurgeret · Particeps ſum
ego omnium timentium te · haec uox capitis mihi eſſe
uidetur neque enim efficeremur participes diui
nitatis eius niſi ipſe particeps fieret mortalitatis
noſtre p hanc eius participationem nobis gratiam
ſubminiſtratur & ideo miſericordia dni plena ē terra
TETH Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo dne
id faciendo filium qui ſeruus fuit ſecundū
uerbum tuum hoc eſt ſecundum promiſſum tuū
Bonitatem & diſciplinā & ſcientia doce me hec ſibi auge
ri ſecundum gratiam di magis magiſque poſcit · Prius
quam humiliarer ego deliqui id antequam a ſerui
tute m di colla ſubmitterem idola adoraui ſed bonus es tu
dne & bonitate & doce me · Multiplicata ē ſup me ini
quitas ſupborum id obpugnatio diaboli ego autem
in toto corde meo ſcrutabor mandata tua · coagulatū
eſt ſicut lac cor eorum id ſupborum lactis enim puritas
coagulari non poteſt niſi antea acida fuerit admixtio
ne confuſum coagulatur igitur ſicut lac cor ſupbor
cum acidia diaboli fuerit inmixtum & ideo bonum
mihi eſt lex oris tui ſup milia auri & argenti quia plus
diligit caritas legem di quam cupiditatem auri & argenti · IOTH
Manus tue fecerunt me & cet uerbo di cetera omnia
dicit facta hominem uero quaſi aliquid praecipuum
manibus ſuis peribetur feciſſe · Qui timent te id angeli
uidebunt me & letabuntur ut illud magis gaudium erit
Cognoui dne quia equitas iudicia tua niſi enim in aduen
tu dni ihu xpi ad credulitatem carnis fuiſſet humiliata
ſupbia non poterat homo ſupbus cognoſcere quod equi
tas fuiſſet iudicia di unde & ſubdit & ueritate tua hu
miliaſti me & cet · Veniat mihi miſeratione ſue &
uiuam id ibi uiuam ubi iam mors non eſt timenda ſed
hoc quo merito quia lex in qua id tua meditatio mea ē
quia niſi meditatio eſſet in fide numquam poſſit ad
illam uitam quiſpiam peruenire · Confundantur ſupbi

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.4, 3v – Commentarius in Psalmos; Commentarius in Proverbia Salomonis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cso6/2300/26718)